



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXLI. Otto und Johann, Markgrafen von Brandenburg, vereignen dem
Kloster Marienstern das halbe Dorf Chula bei Wittichenau, am 8. October
1286.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Ann. Die vorstehende Schenkung an das Kloster Colbarg scheint mit der Stiftung des Klosters Himmelstedt in der Neuemark in Verbindung zu stehen. Auch ist in demselben Documente, worin die vorstehende Urkunde transsumirt ist, zugleich die Urkunde des Markgrafen Albrecht vom Jahre 1300, die man gewöhnlich als den Stiftungsbrief des Klosters Himmelstedt betrachtet, transsumirt.

CCXLI. Otto und Johann, Markgrafen von Brandenburg, vereignen dem Kloster Marienstern das halbe Dorf Chula bei Wittichenau, am 8. October 1286.

In Nomine Domini Amen. Otto et Johannes, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus hanc literam intuentibus salutem in Domino sempiternam. Decet Excellenciam Nostram Sanctimonialibus in Domini Nostri terra degentibus auxilium et juuamen impendere et earum inopie succurrere subsidiis ac presidiis oportunis. Ad noticiam igitur vniversis Christi fidelibus deducimus per presentes, Quod cum Venerabilis Dominus Bernardus, Misnensis Ecclesie Propositus, amicus Noster Episcopalis ac familiaris, villam Chula, sitam juxta Wittgenhaw, cum allodio adjacente, et quosdam agros, sitos inter agros pertinentes ad Cuitatem Wittigenhaw, Cenobio Stelle sancte Marie et Virginibus inibi domino famulantibus a Domino de Stigradaw pro sexcentis Marcis Budissinensis argenti, et ponderis ejusdem comparasset, cum pleno videlicet jure, cum omni fructu, cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, cum pascuis, lignis aquis, pratis, nemoribus saltibus, molendino, secundum quod eadem bona actis limitalibus in suis terminis circumferentibus sunt distincta, quorum bonorum medietatem siue dimidietatem Idem sincere a nobis hactenus tenuit ac possedit iusto titulo feudali; Nos ad honorem Dei et sue matris virginis gloriose, ut ipsorum bonorum operum participes simus, donauimus predicto Cenobio et Sanctimonialibus plenissimam hujuscemodi bonorum dimidietatem cum proprietate eorundum quiete et pacifice perpetuis temporibus proprietatis titulo possidendam, ita quod nihil juris, nihil profus proprietatis nobis aut heredibus nostris possimus in bonis prius habitis ullo tempore vindicare. Ut igitur hec nostra donacio, pure propter Dominum facta, non possit futuris temporibus aequaliter violari, presentem literam conscribere iussimus, ac Sigillorum nostrorum appensionibus communiti. Testes Dominus Lucas de Schreibersdorff, Sigmund de Weidenberg, Godoke de Grisenberg, Dominus Reinricco de Guze, Advocatus in Budissin, Dominus Gunterus de Biberstein et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Crozna, anno Domini millesimo ducesimo LXXXVI^o, in Vigilia sancti Dionisij et Socio.um ejus.

Nach einer vom Polizeirathe Köhler mitgetheilten Abschrift des bei der Ober-Amts-Canzlei in Budessin befindlichen Originals.